



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Examen Confessariorum Repetitum

Schoonaerts, Gregor

Coloniæ Agrippinæ

VD18 14542323-001

§. 6. Circa sextum præceptum sex.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41226

percutiat, non neget debitum &c. & contra uxoris respectu viri in obedientia in spectantibus ad mores & gubernationem familiæ, in red- ditione debiti modo dicto, & cura, ne suâ mo- rositare & rixis blasphemare, vel maledicere faciat maritum.

§. 5. *Circa quintum Præceptum quinque.*

1. SI optavit sibi, aut aliis mortem, vulnera, in- famiam, grave malum, vel gavisus est de morte patris, fratris &c. ob hæreditatem, vel ex invidia, odio &c. Si morosè delectatus sit de vindicta, vel doluit de aliorum prosperitate. 2. Si protulit minas, contumelias ex ira, vel convicia. 3. Si occidit injustè, mutilavit &c. an mater &c. non fuit causa abortûs. 4. Si ad aliquod supradictorum cooperatus est, novem illis modis, de quibus in versibus:

Jussio, Consilium, Consensus &c.

5. Si fuit aliquo scandalo causa mortis spiritua- lis, inducendo ad peccatum, vel publicè pec- cando &c.

§. 6. *Circa sextum Præceptum sex.*

1. SI habuit turpes cogitationes cum consensu in delectationem, vel in actum turpem, si verba inhonesta, aspectus, tactus libidinosi in- tercesserunt, & cum quo, vel cum qua. 2. Si cognovit fœminam, an soluta, virgo, conjuga- ta, consanguinea, affinis, sacra, si in vase natu- rali, si extra vas &c. 3. Si contra naturam per- mol-

mollitiem, sodomiam, bestialitatem. An pollutionem voluntariam passus fuerit in vigilia, & quæ persona fuerit objectum cogitationis. 4. Si insecutus est fœminam diu, an pervenerit ad verba, literas, munera, oscula impudica, tactus &c. si ornatu, musicâ, & aliis ob malum finem placendi, & provocandi ad libidinem usus est. 5. Si lectione librorum impudicorum se provocavit ad libidinem, optavit ab aliis concupisci, jactavit se de hujusmodi peccatis. 6. A conjugato si petivit debitum cum impedimento affinitatis, cognationis spiritualis, voti castitatis, periculi abortûs, vel effundendi semen extra vas.

§. 7. *Circa septimum Præceptum quinque.*

1. **D**E furto in notabili quantitate etiam à propriis parentibus, de damno illato, an jussus in alia Confessione restituit. 2. De fraudibus in emptione & venditione circa rem, pretium, pondus, mensuram, numerum, si emit rem alienam scienter. 3. De usuris in mutuo, in emptione anticipata, vel dilata solutione, in cambiis, societatibus, censibus. 4. De fraudibus in ludo, an cum personis inæqualibus quoad artem, inductis importunis precibus, aut minis. 5. De animo furandi aliena, retinendi cum damno domini, de concupiscentia variarum rerum alienarum, de cooperatione modis dictis.

§. 8. *Circa octavum Præceptum duo.*

1. **D**E injuriis extra judicium. 1. De mendacio pernicioso. 2. De detractioe, mentiendo,
vel